

*Xm. 87.*

9

ERNESTVS PLATNERVS  
VNIVERSITATIS LITTERARVM  
LIPSIENSIS

h. t.

PROCANCELLARIVS  
PANEGYRIN MEDICAM

D. XXI. M A R T . CICCC

IN AVDITORIO MAIORI  
CONCELEBRANDAM

I N D I C I T

---

QVAESTIONES MEDICINAE FORENSIS  
VIII. DE EXCVSATIONE AMENTIAE OBSERVATIO.

# ELINESTAS PLATINERAS

# UNIVERSITATIS LITTERARUM

TREASURES

# PROCLAMACIÓN DEL ALAIA

## ПАНДЕГУРИИ

**V**ectigalium de rebus venalibus exigendorum praefectus, qui triginta amplius annis, in hoc gerendo munere, laudem seruauerat summae integritatis ac fidei, iam senex decrepitus, auersarum pecuniarum publicarum reus agitur ac deprehenditur. Res manifesta erat. Etenim quantum, rationibus excussis et ad calculum vocatis, expensas accepta superabant; tantum in fisco deficiebat argenti residui. Igitur, amotus interim a munere, in custodia ille detinetur, et causa criminis instruitur. Hunc defensor ita deprecari a legum severitate flu-debat, vt, partim animi mollitia et imbecillitate morbosa, partim senectute, miserum despiciisse affirmaret atque hacrenus amentiae veniam pro eo exposceret. Et quoniam tota haec defendendi ratio, quae ab animi statu ducitur, cum omnino quandam suspicionem habet inanitatis, tum, nisi medicorum iudicio probata ac confirmata, nullum ad poenae liberationem momentum adducit: ad Ordinis Nostri sententiam est prouocatum.

Credo ego aliquos fore, qui nouum scilicet hoc dicant esse genus amentiae: surripere de aerario et aliena pecunia viti tanquam sua. Sane nouum erat, et Nobis saltem antehac in auditum. Quamobrem antequam commentarios actorum totos perlegisset, vehementer sum miratus consilium defen-

A 2

foris,

## IV

foris, pro homine, qui fiscum sibi creditum latenter frau-  
 dasset, in excusatione amentiae persugium et salutem quaeren-  
 tis: nec dubitauit quin omnia tandem deducta essent ad fau-  
 rem senectutis, adhibitis in subsidium lacrymis et fordibus rei,  
 coniugisque et liberorum lamentationibus fletibusque. Et  
 profecto difficile intellectu erat, quam vim, in tali delicto,  
 vel afflictio et oppreffio animi, vel senilis aliqua stultitia ac de-  
 liratio potuerat habere; praesertim cum ille peculatus non vnius  
 horae ac diei fuisset, sed per varia tempora diuisus et crebro  
 repetitus. Etenim hae lacunae inde a decem annis in aerario  
 extiterant, et paulatim creuerant in summam tantam, ut  
 reus damnum sarcire amplius non posset. Tanto magis laetati-  
 sumus, cum in tota illa defensoris scriptione nihil fictum, nihil  
 exaggeratum, etiam a reo nihil simulatum ac praetensum vi-  
 deremus. Itaque veram esse et, in hac causa, omnino accipien-  
 dam amentiae excusationem intelleximus. Quod si quis iu-  
 dicium nostrum existimet misericordia et clementia perturba-  
 tum et impeditum fuisse: videat ne iniuriose hoc et contumeliose de Nobis suspicetur.

nue

Reus incredibili ciuium suorum, etiam collegarum, ex-  
 istimatione ac fauore florebar. Scilicet inusitata praeeditus  
 erat aequitate animi et probitate; tum plenus officii ac studii;  
 erga omnes comis, facilis atque a cupiditate et insolentia  
 remotissimus. Itaque nemo in illa vrbe, in qua vivebat, in-  
 veniebatur, qui non eius casum vehementer doleret, se non  
 testem virtutis et periculi deprecatorem libenter offerret.  
 Magna in primis in illo erat pietas aduersus deum, et religio-  
 nis christiana reuerentia, quae parum abesse a feueritate;  
 ita ut sacra publica diligenter obiret, tum etiam domesticis  
 meditationibus et lectiunculis, ad res diuinias spectantibus, stre-  
 nue

nue se exercitaret. Prae caeteris virtutibus beneficentiam colebat et liberalitatem, amoris christiani nomine sibi tanto magis commendatam. Ad quam cum opibus destituebatur, parsimoniam adhibebat, vicius et cultus simplicitate et omnino disciplinae domesticae severitate firmatam. Igitur non defuerunt, qui eum avarum esse dicerent; quanquam vere non numeros amabat, sed liberalitatis instrumenta. Sed haec in eo indoles virtutis imbecillitati finitima deprehendebatur. Itaque in beneficentia nullum delectum seruabat: in cultu divino autem parum aberat a superstitione.

Iam admodum senex febre neruosa correptus est acutissima; cuius tanta, in exacerbationibus, ferocitas erat, cui compescendae trium ministrorum brachia vix sufficerent. Ex hoc morbo euasit ille quidem, at non omnino conualuit. Nam aliquanto post memoria passim coepit vacillare; etiam cogitandi ac iudicandi vigorem, quem ei natura non maximum dederat, ab illo tempore sibi non constare, saepius querebatur. Verumtamen munere suo qualitercumque fungebatur. Nec animi debilitas a morbo relicta villo se vulgari et communij amentiae signo manifestauit. At aucta est indies immoderata illa et inconsulta liberalitas: in hanc vnam partem occultae amentiae vis omnis ac deliratio erupit. Igitur quanquam, praeter illud vectigal parsimoniae, redditus admodum exiguos habebat, et vero in primis quoque priuignorum suorum subleuandorum cura oneratus et oppressus erat: tamen, etiam non rogatus, remere dando et largiendo pecuniam effudit, passim in non egentes; imo in mortuos, quorum sepulturam curaret, omni sumtu funebri stulte suppeditato.

In hoc ipsum tempus prima conamina peculatus incidunt. Igitur omnis defendendi ratio eo deducta fuit, ut reus

A 3

non

non fraude et luxuria, qualis esse solet decoctorum, sed occulta mentis alienatione peccasse ostenderetur. Cui excusationi an aliquid tribuendum esset, ut iudices rectius cognoscerent, rem omnem detulerunt ad Ordinem nostrum: hac proposita quaestione

*Ob und in wiefern nach den Fol. — Vol. I. befindlichen Zeugnissen aus sagen, zu behaupten stehe, dass Johann Permann seines Verstandes nicht mächtig sey.*

Responsum a Nobis est ad hunc modum:

Obwohl 1) die dem Accis-Ober-Einnehmer Permann allgemein beigelegte übertriebene Gutherzigkeit, anstatt für eine unwillkürliche, in physischer Verstandeschwäche beruhende Leidenschaft gehalten zu werden, nur auf den nicht medicinischen, sondern bloß moralischen Vertheidigunggrund hinzuleiten scheinet: dass Permann zu den, seit den letzten Jahren seiner Amtsführung, mehrmals ausgeübten Entwendungen der Cassen-Gelder nicht durch den gewöhnlichen Leichtsinn eines übeln Hauswirths, viel weniger eines gewissenlosen Betrügers, sondern wirklich durch eine gedankenlose und zugleich einseitige Gutwilligkeit verleitet worden: welche ihm, wenn der Anlass zu dienen und zu helfen entstand, nur die Pflichten und Freuden des Wohlthums darstellte, und im Gegenthil das Andenken an die Grundsätze, welche eine solche Art der Wohlthätigkeit untersagen, in ihm schwächte und gänzlich unterdrückte, zugleich auch ihn mit dem zwar ernstlichen, aber nie berechneten Vor satze der Wiedererstattung täuschte und einschläferde; und sonach alles, was der Vertheidiger in dieser Rücksicht angeführt, in dem Incutpaten nur einen hohen Grad von gut gemeinter Unüberlegsamkeit und Unbesonnenheit, nicht aber Schwäche, oder wohl gar Zerrüttung des Ver-

*Verstandes anzeigen möchte: 2) die von dieser angeblichen Verstandeserrüttung, theils in Permanns hohem Alter, theils in der oben erwähnten hitzigen Krankheit, aufgesuchten körperlichen Ursachen der erforderlichen Evidenz in so fern ermangeln, wieso die hier vorausgesetzte Wirkung, wenn sie sich nicht durch Merkmale und Thatsachen offenbaret, weder aus dem hohen Alter, noch aus der Natur einer hitzigen Krankheit, an sich selbst, mit pathologischer Richtigkeit gefolgert werden kann; nur aber diese Merkmale und Thatsachen, dem ersten Anblieke nach, in des Inculpaten Gemüthszustande nicht zu finden sind; indem er, auch während jener zehn Jahre, einem ganz mit Rechnungswesen beschäftigten Amte vorstehen können und, bey seinem Untersuchungs-Proces, in den über die vorgelegten Defekte und sonst erstatteten Aus sagen, so wie in den eingereichten Schriften, keine Verwirrung der Gedanken ver spüren lassen; wie denn auch selbst die mehren seiner Defensional-Zeugen (Bl. —) eine nahm hafte Verstandesverwirrung in ihm wahrgenommen zu haben nicht ausdrücklich behaupten: 3) das apodictische Urtheil seines, gleicher Massen als Defensional-Zeugen, abgehörten Arztes (Bl. —), weder von einer Beschreibung des hitzigen Fiebers, von welchem die angebliche Geistes schwäche herriühren soll, begleitet, noch durch medicinische Merkmale einer Gemüthskrankheit, oder sonst durch Beweise unterstützt, sondern nur mit den wenigen Worten ausgesprochen wird: „Permann sey seit dieser Krankheit ein Mann gewesen, der weder sanam mentem, noch sanum corpus gehabt.“ und nun einem Inculpaten, ohne zureichende medicinische Beweise, Verstandesverwirrung beyzulegen, Unserer Pflicht zu wider ist.*

*Dennnoch aber da 1) wenn man Permanns ganzen Gemüthscharakter, dessen Hauptzüge in den Actien ziemlich vollständig ange deutet sind, aufmerksam betrachtet, und besonders seinen ausschweifenden,*

## VIII

fenden, von sanguinischem Egoismus und epicurischer Sinnlichkeit ganz abgesonderten Hang zum Wohlthun, in Verbindung mit seiner strengen (Bl. — —) und etwas enthuſiaſtischen Frömmigkeit und dadurch wahrscheinlicher Weise überſpannten Nächſtenliebe (Bl. —) erwäget; und dabey dem hohen Alter des Mannes und der oft erwähnten Krankheit nur einigen Einflus auf das Gehirn und, durch dieses, auf die Verſtandeskräfte einräumet, nicht unbegreiflich wird, wie diese aus Geiſtes- und Körper-Schwäche zusammengesetzte Gutthätigkeit zu einer Art von Schärmerie werden und, nach und nach in eine zwar ſtiele, aber darum nicht minder mächtige und unweilkhürtliche Leidenschaft übergehen, und, durch die ſanften Empfindungen des Wohlthuns, die ernſtern und strengern Grundsätze der Amtſtreue, in einem foſt rechtschaffenen Manne, unterdrücken konnte: 2) die hitzige Krankheit, auf welche, als auf die Ursache der in Permammen wahrgenommenen Verſtandeschwäche, hingewiesen wird, ſehr bedeutend geweſen ſeyn muß; da drey Grenadiere ihn, während den Anfällen, halten muſten, und der Arzt, der ſie geſehen und behandelt hatte, ſie durch furor (Bl. —) bezeichnet; und dieſennach die pathologische Möglichkeit, wenn auch nicht Nothwendigkeit, einer darauf gefolgten Verſtandeschwäche um fo mehr einleuchtet, je bekannter es iſt, daß dergleichen mit Hirnwuth verbundene Fieber, in dem Gehirn ſehr oft eine erſt mehrere Jahre nachher ſichtbare Unordnung und, abhängig davon, Fehler des Verſtandes zurückläſſen; ſo dann auch in Permammen eine Geiſteschwäche, die mehr als blos gemeine Unbesonnenheit oder Unverſtändigkeit war und in phyiſchen Ursachen beruhete, wenn ſie ſich auch nicht durch unzusammenhängende Reden, oder verkehrte Handlungen, auf die gewöhnliche Art äußerte, doch, vermöge der Acten, nothwendig von Uns vorausgesetzt werden muß; angeſehen er ſelbst den Zustand, in welchem er die letztern zehn Jahre daher geweſen, als eine Unfähigkeit zu jeder Ueberlegung und als an den Wahnsinn angrenzend (Bl. —) beschreibt;

beschreibt; auch seine Richter darauf, dass er zuweilen tieffinnig ist, als auf eine ihnen schon vorher bekannte Sache, Rücksicht nehmen (Bl. —); die Defensional-Zeugen in ihren Aus sagen alle, wenigstens Geisteschwäche und Vergeffenheit an ihm, seit einer gewissen Zeit bemerkt haben (Bl. —); ferner einige seiner Gutthaten, namentlich der Aufbau eines fremden Hauses (Bl. —), das Begraben ihm nicht verwandter Todten (Bl. —), zumal in Verbindung mit jenen Umständen, als Aeußerungen einer Art des Wahnsinnes wirklich angesehen werden können; wogegen dieses, dass er in dem Mechanischen seiner Amtsführung nicht aus dem Gleise gekommen, um so weniger in Betrachtung zu ziehen ist, je auffällender auch hier die Gedankenlosigkeit seyn muss, mit welcher er den Betrag eines in der Caffe geschehenen Diebstahls und die von ihm zu verrechnenden Baukosten der Thorhäuser (Bl. —), richtig zu stimmen unterlassen hat; 3) dem ganz deutlichen, kategorischen Urtheil seines dreyzigjährigen Arztes, wenn dasselbe auch, als bloße Zeugenausfrage, den nur in einem förmlichen medicinischen Attestat nothwendigen Ausführlichkeit und Gründlichkeit ermangelt, dennoch als dem Resultat der seit so vielen Jahren an Permannen, ganz in der Nähe und unmittelbar, durch das Anschauen der kleinsten Umstände und Merkmale, gemachten Bemerkungen, von Uns um so weniger widersprochen werden kann, da dieser Arzt nicht allein zu dem gegenwärtigen Zeugniß besonders vereidet worden, sondern auch, als ein verpflichteter Physicus, sowohl überhaupt, als auch aus neuern landesherrlichen Rescripten, die grosse Obliegenheit kennt, bey der gerichtlichen Beurtheilung des Gemüthszustandes eines Inculpaten, auf das allervorsichtigste und gewissenhafteste zu Werke zu gehen: so urtheilen Wir, in der von Unserer Seite vollkommen gerechtfertigten Voraussetzung, dass die von dem D. — als Defensional-Zeugen, (Bl. —) gegebene Versicherung, als worauf Wir Uns, als auf einen vorzüglichen Entscheidungs-Grund, in dieser sonst allerdings noch zweifelhaften

B

Sache,

*Sache, beziehen, und sofern Wir, in der Uns zugesertigten Frage,  
auf die Zeugenaus sage ausdrücklich und allein hingewiesen werden:*

*Es stehe aus den Fol. — Völ. — befindlichen Zeugenaus sagen,  
sofern insbesondere die, welche des Inculpaten Arzt erstatet,  
ihren vollkommenen medicinischen Grund haben werde, zu be-  
haupten, daß Iohann Permann seines Verstandes nicht mächtig  
sey.*

---

Candidatus, cuius per hanc prolusionem panegyris in-  
dicitur, est

IOANNES LEBERECHTVS GODORICVS  
KREBELIUS  
BVRGSCHEDVNGO - THVRINGVS  
MEDICINAE BACCALAVREVS

Qui honoribus ei ab Ordine Nostro decretis vere se dignum  
probauit, et laudem diligentiae morum probitate ac modestia au-  
xit et cumulauit. Natus est a. c. 1510 CCLXXII. patre Gottlobo  
Samuele, sacrorum ministro, cuius mortem immaturam vehe-  
menter luget; matre Ioanna Sophia Iuliana Warlitia. Reli-  
gionis christianaee et literarum elementis eum erudiuit patris  
successor, Fischerus, cuius in se benigitatem gratis celebrat.  
Secuti sunt magistri alii. Et cum in principio arti pharma-  
ceuticae se deouisset, hanc didicit apud Grutzbachium phar-  
macopolam Cicensem; vteriusque excoluit in officina Drechs-  
leri,

lerī, Med. Doctoris apud Numburgensis clarissimi; multum  
inde ad Botanices et materiae medicae doctrinam proficiens.  
Neque tamen illis temporibus litteras latinas neglexit, quas  
tanto diligentius sibi colendas intelligebat, quod medicinae  
addiscendae consilium inierat. A. lxxxvi. ad academiā  
nostrā accessit, Recrōe Wenkio. Magnus in Nostro  
amor erat philosophiae, cuius nullam partem, in schola  
Heydenreichii et mea, intactam relinquēt. Huic adiunxit  
studia humanitatis: itaque Wenkio assedit in historicis et  
I. Chr. Theoph. Ernesti veteres auctores interpretantem audi-  
vit. In physice Hindenburgii, in chemia Eschenbachii, cuius  
etiam exercitationibus disserendi interfuit, in botanice Hed-  
wigii vsus est institutione. Anatomē magistrum Haasium  
habuit, Ordinis Nostri Seniorem Grauissimum. Anthropo-  
logiae et physiologiae causa meas acroasēs frequentauit. Pa-  
thologiam, tum vtramque therapiam et chirurgiam Heben-  
streitio debet; pathologiam anatomicam Ludwigio; artem ob-  
stetriciam Richtero. Anno superiore receptus est in scholam clí-  
nicam, quae in nosocomio Iacobino floret; in qua quantae sibi  
vtilitatis fuerit, ad medicinae ac chirurgiae cognitionem, Kochii  
Eckoldique institutio et exemplum, negat se verbis exprimere  
posse. Laudat quoque Leonardi insignia de se merita, cui in  
curandis aegris minister adfuit. Egestatem eius beneuole  
subleuauit Tittmanni Dresdani, Mathematum professoris, libe-  
ralitas: accessit ab Ordine nostro stipendium Quellmalzia-  
num. Ego vero quoniam Candidatum propter spem diligen-  
tiae omnibus modis adiuuandam esse intelligebam, inter con-  
victores publicos ei locum feci; quod ei, vt ait, magno com-  
modo fuisse, maxime laetor. A. xcvi. factus est Bacca-  
laureus; deinde anno superiore, ante habitis acroasib⁹ pu-  
blicis de abscessuum curatione, in altero seueriore tentamine

per

per colloquia, veniat meruit petitionis summorum honorum. Quos ut capesseret more maiorum, diem ei diximus XXI. Mart. ad habendam disputationem publicam super libello, cuius ipse auctor est : De dentitione difficulti. Certamen moderabitur Vir Excellentissimus atque Experientissimus, Christianus Fredericus Ludwigius, Pathologiae professor ordinarius, Ordinis Medicorum Collega doctissimus. Tum ego ab h. XI. Cancellarii vice veniam ei et auctoritatem faciam summos in arte medica honores capessendi. Quam panegyrin Rectori Academiae Magnifico, viriusque Reipublicae Proceribus Grauissimis, Illustrissimis Comitibus, Ornatisissimis denique et Humanissimis Commilitonibus, hac interprete scriptiuncula, publice indixi.

P. P. Dom. Oculi cccc.

LIPSIAE

EX OFFICINA KLAEBARTHIA.

26n 598

(1143)

ULB Halle  
002 043 564

3




56


6028

hc





B.I.G.



ERNESTVS PLATNERVS

VNIVERSITATIS LITTERARVM

LIPSIENSIS

H. T.

PROCANCELLARIUS

PANEGYRIN MEDICAM

D. XXI. M A R T . cIcIcccc

IN AVDITORIO MAIORI

CONCELEBRANDAM

I N D I C I T

---

QVAESTIONES MEDICINAE FORENSIS  
VIII. DE EXCVSATIONE AMENTIAE OBSERVATIO.

